

## D.17

### LIBER SEPTIMUS DECIMUS

#### D.17.I MANDATI VEL CONTRA

**D.17.I.1** *PAULUS libro trigensimo secundo ad edictum.*  
Obligatio mandati consensu contrahentium consistit.

**D.17.I.1.1** Ideo per nuntium quoque vel per epistulam mandatum suscipi potest.

**D.17.I.1.2** Item sive "rogo" sive "volo" sive "mando" sive alio quocumque verbo scripserit, mandati actio est.

**D.17.I.1.3** Item mandatum et in diem differri et sub condicione contrahi potest.

**D.17.I.1.4** Mandatum nisi gratuitum nullum est: nam originem ex officio atque amicitia trahit, contrarium ergo est officio merces: interveniente enim pecunia res ad locationem et conductionem potius respicit.

**D.17.I.2** *GAIUS libro secundo cottidianarum.* Mandatum inter nos contrahitur, sive mea tantum gratia tibi mandem sive aliena tantum sive mea et aliena sive mea et tua sive tua et aliena. quod si tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum et ob id nulla ex eo obligatio nascitur.

**D.17.I.2.1** Mea tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandem, ut negotia mea geras vel ut fundum mihi emeris vel ut pro me fideiubeas.

**D.17.I.2.2** Aliena tantum, veluti si tibi mandem, ut Titii negotia

## D.17

### LIBRO DICIASSETTESIMO

#### D.17.I <SULL'AZIONE> DI MANDATO E <SU QUELLA> CONTRARIA

**D.17.I.1** *PAOLO, nel libro trentaduesimo All'editto.*  
L'obbligazione di mandato si basa sul consenso dei contraenti.

**D.17.I.1.1** Pertanto, il mandato si può assumere anche per il tramite di un messaggero o per lettera.

**D.17.I.1.2** Parimenti, vi è azione di mandato sia che uno abbia scritto "chiedo", sia "voglio", sia "conferisco mandato" sia qualunque altra parola.

**D.17.I.1.3** Parimenti, il mandato può essere differito a un determinato termine ed essere contratto sotto condicione.

**D.17.I.1.4** Non c'è nessun mandato se non è gratuito: infatti, esso trae origine dai doveri propri <di una persona> e dall'amicizia; e dunque una mercede è antitetica all'adempimento dei propri doveri: infatti, se interviene denaro, la situazione riguarda piuttosto la materia della locazione conduzione.

**D.17.I.2** *GAIUS, nel libro secondo Delle cose quotidiane.* Tra noi si contrae mandato sia che io te lo conferisca avendo riguardo solo a me, sia che te lo conferisca avendo riguardo solo ad un altro, sia avendo riguardo a me e ad un altro, sia a me e a te, sia a te e ad un altro; ma, se io ti conferisca mandato avendo riguardo solo a te, esso è superfluo e a causa di ciò non ne nasce alcuna obbligazione.

**D.17.I.2.1** Il mandato è stato conferito avendo riguardo solo a me, se, ad esempio, io ti conferisca mandato di gestire i miei affari o di comprarmi un fondo o di prestare per me fideiussione.

**D.17.I.2.2** Avendo riguardo solo ad un altro, se, ad esempio, io